

D E D I C A T O R I A.

do legendas cognoscendâsve exhibeant. Ut autem ad nostrum propositum reuertamur, vel uno hoc Theophrasti, famosi chymici exemplo conetur quispiam euincere: secus se habere, quod initio demonstrandum nobis proposueramus, adeoq; chymicæ curæ esse, Medicorum dogmatum veritatem artis suæ industria explorare, firmâq; constituere. Quæ tamen superius de Physica scientia dicta fuere, huic quoq; soluendo modo viam preparant. Quantumuis enim utraq; sub generali artis habitudine comprehendantur, finis tamen diuersus, quem diuersa theoremata enituntur, artes quoque & artifices diuersos constituet. Chymicæ finis corporis naturalis dissolutio est in sua principia. Medicinæ, corporis dissoluti, & in idoneam remediij formam aptati, ad morbum depellendum applicatio. Diuersi hi fines sunt: & quamuis uterq; à Medico obeatur, quod facile concedimus, non tamen nisi hic propriè: alter verò impropiè, quâ Medici personam deponit, & Chymicus appellatur. Innotuit quinetiam Paracelsum, errores antiquorum Medicorum, Asclepiadis, Thesali, Pneumaticorum, Methodicorum in lucem postliminiò reuocauisse. Si id ut Chymicus,

micus,